

CARMINA POTATORIA

ANONIMO

*In taberna quando sumus,
non curamus quid sit humus,
sed ad ludum properamus,
cui semper insudamus.* 4

*Quid agatur in taberna,
ubi nummus est pincerna,
hoc est opus ut queratur:
si quid loquar audiatur.* 8

*Quidam ludunt, quidam bibunt,
quidam indiscrete vivunt.
Sed in ludo qui morantur,
ex his quidam denudantur,* 12

*quidam ibi vestiuntur,
quidam saccis induuntur.
Ibi nullus timet mortem,
sed pro Bacho mittunt sortem.* 16

*Primum pro nummata vini:
ex hac bibunt libertini.
Semel bibunt pro captivis,
post haec bibunt ter pro vivis,* 20

*quater pro christianis cunctis,
quinquies pro fidelibus defunctis,
sexies pro sororibus vanis,
septies pro militibus silvanis,* 24

*octies pro fratribus perversis,
novies pro monachis dispersis,
decies pro navigantibus,
undecies pro discordantibus,* 28

*duodecies pro penitentibus,
tredecies pro iter agentibus.
Tam pro papa quam pro rege
bibunt omnes sine lege,* 32

*Bibit hera, bibit herus,
bibit miles, bibit clerus,
bibit ille, bibit illa,
bibit servus cum ancilla,* 36

Quando siamo alla taverna,
non ci curiamo più del mondo;
ma al giuoco ci affrettiamo,
al quale soltanto ci accaniamo.

Che si faccia all'osteria,
dove il soldo fa da coppiere,
questa è cosa da chiedere:
si dia ascolto a ciò che dico.

C'è chi gioca, c'è chi beve,
c'è chi vive senza decenza.
Tra coloro che attendono al giuoco,
c'è chi viene denudato,

chi al contrario si riveste,
chi di sacchi si ricopre.
Qui nessuno teme la morte,
ma per Bacco gettano la sorte.

Prima si beve a chi paga il vino,
indi bevono i libertini.

Un bicchiere per i prigionieri,
poi tre bicchieri per i viventi,
quattro per i cristiani tutti,
cinque per i fedeli defunti,
sei per le sorelle leggere,
sette per i cavalieri erranti,

otto per i fratelli traviati,
nove per i monaci vaganti,
dieci per i naviganti.
undici per i litiganti,
dodici per i penitenti,
tredici poi per i partenti.

Sia per il papa che per il re
tutti bevono senza misura.

Beve la signora, beve il signore,
beve il clero, beve il cavaliere,
beve questa, beve quella,
beve il servo con l'ancella,